

rus: von der stummen Taube:) Posteriorius substantivum vices gerit adjectivi, ut supra Psal. XLIII, 1. vir fraudis, Psal. XVIII, 49. vir violentiæ, &c. Sub hęc autem titulõ vel schemate videtur David describere semetipsum, ut qui ob simplicem ingenuitatem, pacificamque innocentiam Sauli vel ulli alteri nunquam noxiam, columbæ non erat dissimilis, qui securitatis quoque causâ alas columbæ nunc videbatur assumpsisse, technasque adversariorum præcavisse; vide Psal. LV, 7. item Jes. xxxviii, 14. ingemui instar columbæ: item Cant. II, 14. V, 2. VI, 9. ubi ecclesia columbæ aliquoties assimilatur. Tribuitur verò huic columbæ אָלִים *obmutescencia*, (quæ vox non nisi Psal. LVIII, 2. recurrit, à אָלִים *obmutuit*, unde & אָלִים *mutus* & אִשָּׁרֵי *vidua* & אִשָּׁרֵי *cujus nomen reticemus instar muti &c.*) ob removendos omnes impatientiæ thraſonicæve arrogantiaæ strepitûs: columba namque, etiamsi jugulandam se videat ab accipitre, nullas tamen edit vociferationes, verum instar ovis fermè, quadrupedum patientissimæ, *obmutescit*. Item juxta *Kimchi*, innuitur illa infantiæ simulatio, ubi non decebat, Davidem loqui pro ratione viri prudentis. *Buxtorfius lex. min. p. 30.* reddit: *de oppressione manipuli*, quâ scilicet justum opprimebat manipulus malignus. Chaldaus ita habet: ad laudandum עַל כִּנְשֵׁתָא *pro synagogâ Israelis, quæ assimilatur columbæ silentii, eo tempore, quo elongati sunt à civitatibus suis, sed reperi laudant autorem mundi, sicut David attritus וְשָׁלִים & perfectus, quando tenuerunt eum Palestini in Gath.* Syrus verba hæc prætermisit planè. LXX. ὑπὲρ τῆ λαῶ τῆ ἀπὸ τῶν ἀγίων μεμακρυσµένων. *Vulgatus: pro populo, qui à sanctis longè factus est.* *Bochartus t. 2. hieroz. f. 14.* conjicit legendum אִלִים *arborum seu lucorum רחוקים remotorum: verum non opus est mutare literas vel puncta; columba enim silentii distantiarum, est turtur aut palumbes sylvestris, quæ silentium desertorum amat, non ita voce luxurians, ut antehac: quâ de re ibidem plura.*

רחוקים *remotorum:*) pertinet hic genitivus adhuc ad antecedens COLUMBA, ita ut columba remotorum vel longinquitatum fit columba procul elongata, à suõ nimirum nidulõ, quod erat sanctuarium, nec non paterna hæreditas vel domicilium. Ita nomen רחוק longinquus, valdè remotus, in plurali neutraliter vel substantivè videtur collocari: *Psal. LXV, 6. ימים רחוקים mare remotorum vel distantiarum i. e. longe distans: alias רחוקים opponuntur קרבים propinquis, qui in viciniâ habitant Esth. IX, 20. Jer. XXV, 26. Dan. IX, 6. atque sic longè distantes se fingebant Gibeonitæ Jos. IX, 22. sic insulæ remotæ Jes. LXVI, 19. Quapropter & h. l. commodè intelligentur Philistæi, à patriâ Davidis satis remoti. Aliqui suppleunt ב, *In remotis.* Lutherus: *unter den fremden: quod ipsum sensu coincidit cum modò dictis. columba siquidem remotorum locorum, & columba inter remotos vagabunda, parum distant. Nonnullis post Aben Efram placet hæc verba exponere de genere carminis, ad cujus modulationem decantatus sit præfens psalmus: confer Scalig. l. 4. epl. 445. & Muis. unde etiam Genevensis & Belgæ retinent hæc verba op Jonath & lem Nechochim. Alii: super vel de oppressione (à אָלִים affixit) manipuli remotorum. Junius: de animâ, vim patiente à manipulõ longinquorum. Coccejus: super columbâ manipuli elongatorum. Verùm**

A cum prima expositio satis conveniat materiæ præfenti, potius in hæremus verborum simplicitati, conferentes inscriptionem hanc cum psalmo vigesimo secundo, ubi itidem est עֵרְוַת אֵינָם *de cervâ aurora &c.* Atque sic etiam Pagninus, Rasche, Kimchi, Piscator, Gesnerus, Schnepfius, &c. Campensis: *de columbâ mutâ, quæ procul avolaverat.*

לְרוּיִךְ *Davidis:*) vel Davidi autori tribuendum. Litera (ל) nomini proprio præposita ex quorundam observatione semper est genitivi nota. *Waltherus* tamen in dativo exponit h. m. *Davidi* vel ad *Davidem*, dictatum scilicet à Spiritu Sancto carmen; *Walther. centur. misc. p. 521. & intr. ad Psal. c. 5.*

מִכְחַם *auriculæ:*) vel κειμήλιον, vide de hac inscriptione, (quæ sex præmittitur psalmis, videlicet XVI, LVII, LVIII, LIX, LX. & huic nostro.) ea quæ diximus *Psal. XVI, 1.* item *Waser. de num. antiq. p. 21.* & *Bar. Radtman. סיניא. Psalterii de titul. Chaldaus* hanc vocem discerpfit; מְכִיךְ וְשָׁלִים (sicut David) attritus & perfectus, quasi esset מְכִיךְ attritus & מְכִיךְ integer, perfectus: de quo tamen vocabulorum lusu non attinet hîc disquirere. vide, si placet, nugas talmudicas ap. *Wagenf. fol. 149. seqq.*

בְּכַחֲזֵךְ *in comprehendere:*) h. e. dum hostili manu constrictum deduxissent ad regem suum Achis 1. *Sam. XXI, 10. seq.* innuitur hæc prehensio *ibid. vers. 14.* in verbis Achis: *quare תביאו adduxistis eundem ad me?*

EXPLICATIO VERSUS II.

אֲנִי *miserere mei:*) h. e. affectu paterno meam nunc inspice miseriam, tuoq; mox succurre auxilio, ita ut affectum comprobet effectus, &c. vide de voce hac supplice *Psal. IV, 2. VI, 3. IX, 14. XXXI, 10. XLI, 5. LI, 3.* Hanc verò Dei misericordiam tacitè videtur David opponere communi hominum truculentiaæ; ut quia hi nolunt condolere, Deus tamen cor suum nolit occludere &c.

אֲנִי *anhelat contra me:*) Junius & Piscator: *anhelus persequitur me mortalis, h. e. fervidissimâ ardet iracundiâ, quam concitata illa respiratio satis testatur, ubi sanguis æstu cordis ebulliens, crebros fursum mittit spiritûs, exitum per nares dilatatas sibi quærentes. Sic verbum hoc de onagrõ, præ æstu ac siti ventum attrahente, usurpatur Jerem. II, 24. XIV, 6, item de justis אֲנִי *anhelantibus, ut sit pulvis in capite pauperum, Amos. II, 7.* de Davide, ad præcepta Domini ore avido apertoque anhelante *Psal. CXIX, 132.* de servo ad umbram anhelante, *Job. VII, 2.* Confer *Cobel. I, 8.* Hac ratione affixum resolvendum erit in particulam separabilem אֲנִי *contra me. p. 137. n. 4.* Ita ferè *Muis:* inhiat ad me devorandum. Quandoque tamen hoc אֲנִי etiam de evacuatione vel absorptione alicujus rei solet accipi v. g. *Ezech. XXXVI, 3.* desolaverunt & absorbuerunt vos undique: *Jes. XLII, 14.* desolabo & deglutiam (*vers. 15.* herbas, flumina & stagna exsiccando &c.) *Amos. VIII, 4.* absorbentes egenum. Utraque interpretatio satis congruè describit ardorem atque insolentiam Philistharum, ut qui anhelabant fervidè ad exhauriendum vel evacuandum planè omnes Davidis vires atque animam, vel ad absorbendum ipsum penitus. Trahique huc potest, si posterior ab-*

R r *sorbendâ*